



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Sacrvm Misericordiæ Palativm**

Variis Sacræ-Scriptvræ Locis, Atqve Septem misericordiæ operibus quasi  
peristromatibus exornatum

**Gazaeus, Nicolaus**


**Augustae Trevirorum, 1618**

Misericordiæ Cœli vja est. ca. 8.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54477](#)

46 SACRVM MISERICOR.

est, Orationem & ieiunium sine Eleemosyna , vix quicquam prodesse: Eleemosynam autem satisfactoriam esse.



MISERICORDIA  
COELI VIA EST.

CAPVT. VIII.

**N**ec solum peccatorum maculas tollit nostra Misericordia, sed amoenissimum locorū, Paradisi dico viā nobis ostendit. Quam dū Regius psaltes ignoraret, sic à domino petebat: *Nota fac mihi viā in qua ambulem*, quasi diceret. Licet ad custodiam mei, Angelū mihi deputaueris qui gressus meos dirigeret, nihilominus viam ignorauī, *Errauisicut ouis quæ perijt*, ideo quare seruum tuum. Quem (vt ipse testatur) de via sic Spiritus Sanctus instruxit: *Instruam te in via, qua gradieris*. Si igitur Sanctus Propheta hanc ita sedulò viam inquisiuit; nunquid nos desides in ea perquirienda reperiemur? Nequaquam sed eam dum ostendo, quæ dico perpendite. Duæ sunt semitæ ducentes ad vitam, alia, pauperum, diuitiū alia. Pauperum via;

pati-

Psal.142.

Psal.118.

Psal.31.

Patiētia est teste Euangelista qui ait: *In pa-*  
*tientia vestra posse debitis animas vestras Di-*  
*uitū Misericordia est, Quos ad hanc pro-*  
*uocat Christus dicens: Estote Misericor-*  
*des. Hæ duæ viæ sunt; præter has non datur*  
*semita: qui has declinauerit, aberrat à cœ-*  
*lo. Ni pauper cum diuite in hoc Mundo*  
*foret, semitæ vacuæ forent, nec esset qui*  
*eas introiret. Non quidem diues per Misé-*  
*ricordiā: nam in quē beneficia Misericor-*  
*diæ conferret, non haberet; nō pauper per*  
*Patientiā, quia si diues nō esset, pauper qui*  
*sibi Eleemosynam recusando patientiam*  
*augeret, non haberet. Necesarius igitur*  
*diuiti pauper, pauperi, diues. Causam Basí-*  
*lij audite. Cur tu abundas ille verò mendic-*  
*at, nisi ut tu bona dispensationis merita*  
*consequaris, ille verò patientia brauijs de-*  
*voretur? Dum ergò pauper patitur cœ-*  
*lum, scandit, dū diues pauperi compatitur,*  
*pauper diuiti coelum pandit, neceſſe igitur*  
*est vt diues pauperi largiendo subueniat,*  
*pauper verò vt orādo, diuiti, cœli ianuas a-*  
*periat. Hanc semitā sibi cōtinuè demonstra-*  
*tā cōteros sic docebat Dauid: Misericordia*  
*ante oculos meos est. Et alibi. Putasne est ali-*  
*quis qui remāserit de domo Saul, ut faciam cū*  
*eo misericordiā: quasi diceret: Nūquid mife-*

*Luc. 21.*

*Luc. 6.*

*In Luc. 12.*

*Psal. 25.*

rum

## 48 SACRVM MISERICOR.

rum inuenire potero, cui Misericordiaë vil-  
cera pandens, cæli s̄emitam mihi compa-  
rabo? Oblatumque Miphiboseth, filium  
Ionathæ, tantis beneficiorum cumulauit  
donis, vt ad agros vsque Patris ei omnia re-  
stituerit. O rem prodigio simillimā! Nun-  
quid claudus cursum demonstrabit? Nun-  
quid cœcus viam nos docebit? nunquid in-  
firmus, in via refocillabit. Mirum sanè, nec  
tantum mirum imo mirandum, si quidem  
claudus virtute Misericordiaë in palestra  
cœlesti, in cursu viæ nos valet adiuuare.  
Psalmistam sequamur, eius insistamus ve-  
stigijs, viam demonstratam apprehenda-  
mus, Misericordiaë semitam ingrediamur,  
& ad Deum per eam gradiamur. *Via* siquidem  
*Domini rectæ.* Hanc semitam securam  
docet regius vates, *Beati immaculati in via,*  
*qui ambulant in lege domini.* Hoc iter secu-  
tum se gloriabatur Job, dicens: *Vestigia,*  
*eius securus est pes meus, viam eius custodiui*  
*& non declinavi ex ea.* Et vt huic narrationi  
coronidem imponam vos hortor omnes  
cum Hieremia *Interrogate quæ via bona sit,*  
*& ambulate per eam, & apprehende-*  
*tis fructus eius.*

Prouerb. 3.

Psal. 118.

Job. 23.

Nieron. c. 6.

MI-